

QK 236



QK 236

IV 226

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΦΟΡΟΣ

IN EXEMPLIO

V I R I

SVMME VENERABILIS, AMPLISSIMIQUE

D O M I N I

ERNST GOTTFRIED
BREHME,

CONSIL. ECCLES. ET SUPERINTEND. LEVCOPETR.

CVM ILLE

S O L L E M N I A

IVBILAEI MINISTERIALIS

D. XXIIII. OCTOBR. CICCCCLXXXVII.

CELEBRARET

OFFICII TESTIFICANDI CAVSSA SISTITVR

A

M. IOANNE CHRISTIANO LEO,

PAST. SCHOENFELD. PROPE LIPSIAM.

LIPSIAE

EX OFFICINA IACOBÆERIA.

M.A.



Atmo Iehouah laudes fint et celebratio, tibi vero
venerande Praeful, decus ac laetitia; cum tu
hodierna luce post exacta in sacro munere decem
Iustra iubilaeum semifeculare celebrare potes.

O quantum, o quam singulare gaudium tibi a Deo factum! etenim
prae centesimo quoque haec tibi contingit adire Corinthum *).

Eandem ob caussam prae ceteris tibi ego adplaudo gratulorque
etiam atque etiam, de fortuna prorsus eximia quam tibi hodiernus dies
solemnior adferat. Absens alias carens, quod est tritum sermone et
vetustate proverbiū: at enim vero, quamvis officii sacri aliquot ab-
hinc annis diuinitus demandati ratio, abfentem corpore a tua felicitate
me hodie retineat; pietas tamen animusque retineri nequit, quin immo
tua ipsius erga me benigna voluntas adesdum illud, sonora veluti mihi
voce adclamauit. Adsum itaque, nec deflum: adsum cogitando, penifi-
cando, admirando, orando, gratulando, ouando, iubilando faustaque
cuiuslibet generis ominando.

A 2

Inter

*) Quam rara sunt exempla theo- mortalis Carpzouii Lubecensis d. 24.
logorum et doctorum quibus L. an- Nov. 1754: celebrata multo minus
nos in officio completere datum est. Superintendens Leucopetrensis officii
Non vllum, mihi quidem, succurrerit canis iubilans ex annalibus adserri
exemplum iubilantis in nostro coetu poterit.
episcopi, post solemnia summi et im-

M.E.

IV

Inter cetera, id quod *tibi* diutius diffiteri nolo et nequeo, mihi animaduertere gratissimum est snauissimumque, quando inter praemiorum cumulum quae hodiernus *tibi* dies decernit, coronam ego conspicio, eandemque plus quam vnicam. Ecce *tu* cinctus adpares corona exoptatissima *tum* favorum, *tum* amicorum, *tum* presbyterorum, *tum* auditorum, *tum* omnium ac singulorum, bene qui *tibi* cupiunt^{b)}:

Hinc porro *tibi* est instar coronae Seneclus vegeta, tranquilla, honorata: religio quippe superiorum temporum nondum penitus friget^{c)}; immo potius gratulandum *tibi* est de Salomonis effato, cui subscibere poteris עשות תבאות שבת ברור אדרקה ולמצאת Prov. XVI. 31.

Insuper corona amictus es, bona famae ac meritorum splendore corruscante, et gaudere *tibi* conuenit de effato hebreorum illius magistri כהרו שׂם טוב corona, inquit boni nominis omnibus coronis est praeserenda^{d)}.

Praeter illas tamen collaudatas coronas omnes, in singulari *tibi* est pretio eminens illa, qua *tu* quoque ornatus es corona diuini favoris ac clementiae, vt pote qui hodie in primis gratissima mente, coelestem plane voluptatem degustans, palmas flatori portigis supremo qui

mittimus חסר ורוחמים Pf. CIII. 4.

Quid restat? vnum adhuc habes in votis, vncia duntaxat curae *tibi* cordique est corona: D. nimurum Paullo praecente κατὰ σπονῶν διωκεῖς επὶ τῷ βραχίονι Phil. III. 14.

Patiare igitur, Vir amplissime, Senex grauissime! patiare quae-
fo, vt ego inter hilaria tua hilarem hodie sumere possim diem, medi-
tando,

^{b)} Sic Paulus ad Philipp. IV. 1. χαρὰ καὶ τεφανός με, conf. ad h. l. Baldwin. Comment. in omnes Epp. Pauli p. 1019. vbi ille: gaudium et coronam nominat, quia obsequio sedecus erant et ornamentum ministerii Paulini, quin et exemplum gentilium nondum conuersorum: quo sensu honesta mulier vocatur corona viri Proy. XII. 4. et filii bene educati corona pareatum in senectute Proy. XVII. 6..

^{c)} Magna fuit quondam capitis reverentia cani;
Inque suo pretio ruga senilis erat:
Ovid. V. Fast. v. 57.

^{d)} Rabbi Simeon in Pirke Avot Cap. IV. §. XIII. f. m. 457. edit. Sürenh. conf. animadv. Io. Bened. Carpz. ad Schickardi ius reg. p. 224 seq.

tando, tibique pro munere quasi offerendo verba sequentia elegantissima quae elegantissimam nobis coronam demonstrant et sic habent:

γίνε πτισος αχει θανατος, και δωσω σοι τον
σεΦανον της ζωης ex Apocal. Cap. II. v. 10.

* * *

§. 1. Effatum hoc ipsum diuinitus prolatum, quod accuratori iam mentis trutina penitendum nobis sumimus, locum sibi vindicat inter dicta sacrarum pandectarum palmaria, vel ut in scholis nuncupant classica. Sicut enim scriptores latini præstantissimi vocantur auctores classici, ita vocabulum hoc ulterius ad testimonia scripturae f. præcipua ac primaria fuit translatum. Hinc dicta classica erunt palmaria scripturae sacrae factae effata, quibus veritates ad salutem obtinendam crediti necessariae certo evinci possunt^e.

§. 2. Duo Salutem aeternam respicientia, hinc autem fundamentalia momenta sunt, quae dictum nostrum maximopere classicum incubat; alterum παρανετος est, παρακλητος alterum: παραμετρις virget πισιν, παρακλητος spondet σεΦανον της ζωης. En primum et ultimum inter ea quae το essentialia et necessarium in christianorum religione efficiunt^f).

§. 3. Scopus libri Apocalypseos primarius est, ne ecclesia sibi singat perpetua halcyonia, sed mature potius sepe præparet ad certamine ασπρωδα fortiter patienterque sustinenda, neve animum fideles athletæ desponteant. Quid autem quoque, magis dolendum est, quam hoc, quod cum ceteris et hic liber biblicus, multis licet maximiisque mysteriis disfluctus, a nostrisibus ipsis mirum in modum ludibrio sit expositus et fere dilaceratus^g).

A 3:

§. 4:

e) Conf. libellus academicus a D. Strauß Concion. aul. El. d. v. Sept. h. a. Io. Fried. Hirt qui autem biennium re. in acad. Viteb. editam, sub rubro: de eo quod in rel. chr. est necessarium f. essentialia,

g) Sumit sibi hoc theologus literatissimus in acad. Halensi cuius: tamen nomini parcere reverentia præcipit.

f) acu qd: hic tango Differt. theologian, amici ac socii quondam academici, nunc fautoris S. V. Io. Godofr.

M.C.

§. 4. Verum enim uero salua atque inconcussa flat veritas, nec illa quoque Ψευδερηψει detrahet aliquid effato nobis iam obuio: Autem quippe εΦα, qui nomine vtitur ο περωτος και ο εσχατος, οε εγενετο νεκρος και εζησεν v. 8. Cum summa omnino eniphasse illo ille charactere femet ipsum designat: Quantum enim quaeſo pondus tum adhortationi tum consolationi propositis denominatio haec addit? Concedo ambabus, eum ipsum qui sermonem hic facit, documentum suis iraderi suae ipsius infinitae excellentiae, dum se περνων gloriatuerit esse et εσχατον, vti iam olim declarauit magnificis per vatem verbis: για τρον αναγνωσαρ Eſ. XLIV. 6. αυτος εστιν η κεφαλη, αεχη, περωτος, εν πασιν περιτευαν Col. I. 18. At enim vero subest hic loci titulo usurpatο μυστικωτερον τι: Nimirum duplex status seruatoris, tum exinanitionis, vbi erat εσχατος immo νεκρος; tum exaltationis, vbi iam constitutus est περωτος immo ο ζων, feciatoribus suis in exemplum et exhortationi si vel maxime etiam νεκροι futuri essent et εσχατοι, et spei se easuros fore περνων και Γαντας proponitur^b).

§. 5. Sequitur Subiectum in loco nostro considerandum et quaſio venit de eo ad quem ο περωτος και εσχατος verba facit: Idem autem ille designatur et quoad dignitatem et quoad fortunam suam; Persona salutatur in illustriori loco constituta, dignitate ac meritis conspicua, scilicet ο αγγελος της εικλησιας Σμυρναιων. Non iam ad Smymnam ipsam, celeberrimam Ionias virbem excurrere animus ac otium nobis estⁱ); de angelo faltem smyrnenis ecclesiae folliciti sumus: Erat nimirum ille episcopus, i. e. primus inter presbyteros quibus cura sacrorum apud smyrnenes prae ceteris erat concredita. Nempe regimen ecclesiārum ex institutione apostolica primis christianis nascētis temporibus ita fuit comparata, vt summa earum regendarū et pascendarū cura fuerit in quoque loco demandata senatu presbyterorum, inter quos tamen successu temporis adſurgebant praefides tum aetate tum prudentia tum aptitudine docendi excellentes, quorum eo vsque breui dignitas

^{h)} Ομοληθεν habeo Campē. Viterberiam: Inprimis Smyrna celebris tringam, acutissimum illum et accutiss. interpretem, in ἀναγνωσει ad h. l. p. m. 78.

ⁱ⁾ Lucianus Imag. p. 3. vocat eam την καλλιτην των Ιωνικων πολεων sicut et Strabo L. XIII. omnium nuncupat pul-

cherimam: Inprimis Smyrna celebris est ex antiquitate, quoniam Homericum illa insignem carminum artificem fibi vindicat, et in eius honorem memoriāque, porticum, templum et statuum exaedificauit cf. Herodot. in vita Homerī,

dignitas excrēuit, vt a reliquis presbyteris distincti essent nomine et titulo επίσκοπων vel πρεσβετῶν primorum inter presbyteros et hinc porro αγγέλοι τῶν εκκλησιῶν i. e. delegati ecclesiārum nuncupati sint, quoniam ecclesiā, virtutibus et officiis, precibus autem in primis praebant^{k)}. Hac ratione conformatum erat regimen ecclesiāe christianaē ad normam Synagogā veteris^{l)} quidquid vero sit, hinc inde nequamā flabiliri poterit υπεροχὴ illa, quam romana prae tendit ecclesiā pro suo episcopo qui quoque semetipsum ecclesiāe caput et episcoporum episcopum vana gloria iactitat^{m)}). A vana eiusmodi gloriā longissime abest intervallo episcopus noster Smyrnensis, quippe qui cum maximo ecclesiāe sua emolumento rem suam geslit, hincque nomen quo fuit usus multis iisdemque praeclaris meritis ornauit, Polycarpus dictusⁿ⁾ fructus nimurum quam plūrimos eosque fecit praestantissimos^{o)}.

§. 6

k) cf. Vſſerius de episcop. et metropol. orig. it. Sam. Marchius de episcopat. et iurisd. Io. Prideaux Anglo opp.

i) vid. Campeg. Vitringa de Synag. Vet. L. III. P. II. C. II. et III.

m) vid. Deyling. Obsf. miscell. pag. 429. vbi praeceptor in cinere et vrina colendus, evincit: omnes olim ecclesiæ ministros inter se fuisse aequales nec episcopos ante initium sec. p. C. n. secundi supra Presbyt. eueclios. Idem adfruit Balth. Bebel. antiquit. eec. p. 205. nec non Welch. in der Einleit. in die Rel. Str. außer der Ev. L. R. P. II. p. 263 seq.

n) Plurimorum quippe ex antiquitate fide dignorum testimonio scriptorum, Polycarpus primus omnium fuit apud Smyrnenes episcopus ab ipso S. Ioanne euangelista ordinatus, quamvis Grotius contrarium tueatur cit. Calov. in Bibl. ill. Irenaeus Lib. III. de haer. C. 3. ap. Euseb. Lib. IV. Cap. 13. tradit expressis ver-

bis, quod non ab apostolis solum institutus et cum multis Christum qui oculis conspicati sunt, familiariter versatus sit, sed ab iisdem etiam in Asiam delegatus, quo smyrnenis ecclesiæ episcopatum capesset; quem quidem episcopatum per octogiąta et sex annos administrasse dicitur.

o) Exstat Ignatii ad Smyrn. epistola in qua Polycarpum vocat eminentiō encomio ἀξιόσεον et ecclesiam ab ipso aedificatam describit ita ηλικίενειν εν πάντι χαρισματι, πεπληρωθηρινειν εν πάντει και συγκατι, ανυπεργοτον εκαν πάντος χαροφαντας, θεοπεπεισατεν και συγχορεον, i. e. misericordiam consecutam in omni dono, plena instruclam in fide et charitate, nullius gratiae expertem, ditinissimam et sacrosanctam V. Ignat. epist. ad Smyrn. p. 172. testimonium frugalitatis praecipuum est ipsa Polycarpi epistola ad Philipp. scripta quae exstat T. III. Biblioth. ff. patr.

VIII

§. 6. Fructus singularis et praeceipuus, quem tulit palma et cedrus finyrensis fuit πιστος, commendatissimus sibi fructus per diuinam vocem: γνως πιστος εως θαυματος: Est omnino, vt puto, aliquid animaduertendum in το γνως cum potuisset ita excitari ισθι esto: At enim vero omniscius alloquens nostrum detegebatur et praeuidebat, forte fortuna columnam finyrensis ecclesiae per imminentes turbines et exorientes procellas commoueri posse ac perturbari. Eiusmodi, vt videtur perturbationibus proficit moderator rerum nostrarum et αγχι ποιησιν mature per το γνως euade, facias. Verum enim vero illa ipsa interpellatio non exhortationem solum inuoluit ut πιστος esse Polycarpus debeat, sed confortationem quoque et adfuerationem ut πιστος esse possit.

§. 7. Qualia ac quanta vero officia demandantur episcopo finyrensi per adhortationem illam γνως πιστος? nonne hic vnicuique reuocatur in memoriam emphatica seruatoris exclamatio: τις αγα εστιν ο πιστος οικονομος Luth. Wie ein groß Ding ist es um einen treuen Haushafer! Luc. 12, 42.

Interim nihil magis, nihilque requiritur amplius ab οικονομοις μυστηριων θεος quam hoc: να vnuisque eorum ευχεθη πιστος. 1 Cor. IV, 2.

§. 8. Illud πιστος verbis vix exponi, factis potius demonstrari et potest et debet. Exemplum interim nobis nunc obuium monstratur, duo in primis requisita ministrum ecclesiae decere, si voluerit exemplar illud exprimere: γνως πιστος.

Alterum est πιστος eiuscemodi, qua doctrina euangelii eiusque veritas illibata tueatur et conferuetur; alterum πιστος, qua aduersitates in praedicatione euangelii obuientes patienter et pro sigillo euangelicae veritatis constantissimo animo suslineantur.

§. 9. Quantum vero, euge! quam longissime aberrant Συστηματα hoc aeo a priori scopo ac tramite! Clamat scripta academica tum Lipsiensia, tum Vitebergensia, tum Ienensia, tum Helmstedtensia, diuertia quana plurima quae sunt facta τη πιστει doctrinae castilliae. O bone Deus! in quae nos referuasti tempora: Nonne illis nos sumus proximi, de quibus seruator vaticinatus est ipse: πλην αιωνος τε αιωνων.

αὐθεντικὸς ελθὼν αὐτὰς εὐηγέρσει τὴν πίστιν επὶ τῆς γῆς *Luc. XIII. 8. p.*^o. Exulat nunc πίστις quam doctrinae diuinitus conceditae suo sibi iure exposcent: πίστος οὐ λόγος καὶ πάσης ἀπόδοξης αἴσιος sua auctoritate exiuit; viuinus in temporibus τοῖς νυκαιμοῦσι διδασκαλίας εἰς ανεκχοντας *II. Tim. IV. 3.* hinc sunt et procedunt monstra vanae eruditio[n]is eorum qui πορεύονται πίστιν εναντιοῦσαν, per blasphemias plane quas effingunt suas hypotheses *I. Tim. I. 20. 4.*

§. IO. Nihil profecto magis est dolendum, quam hoc, quod viri dignitatis conspicui et οἱ δοκεύοντες τούτοις εἰναι *Galat. II. 9.* nutare et claudicare incipiunt: Sunt, qui secundam ac tertiam St. Triados personam ab opificio creationis excludunt; sunt qui Arianorum diudum condemnatae ac sepulta[re] haeresi patrocinantur eademque ex orco quasi reuocant; quin immo illam salutem aeternam haudquaque ostendere, plenis buccis effluunt; sunt qui gentilibus feruatorum mundi licet ignorantibus, iustificationem coram supremo tribunali ac salutem aeternam addicunt; sunt qui feruatoris O. M. miracula splendidissima eludent; sunt qui articulos fidei maxime fundamentales in problema conuentunt, et quae sunt cetera quae edunt alunque eruditio[n]is fucatae monstra^r). En monstros[us] φιλαντίας καὶ αυταδεικνύσαντες fructus^s).

§. II.

p) Memet quidem non latet, verba allegata a nonnullis accipi de aduentu feruatoris ad Hierosolymas euerendas; απτίσια autem taxatam vel de in credititate impiorum eius temporis vel de deficiente adfensu piorum in eum aduentum colloquendo: Suffragantur tamen summi probatissimique interpres, Sermonem potius esse de feruatoris o. m. aduentu ultimo deque απτίσια quae Scabies doctorum foret conf. Wolf. curar. Vol. I. p. 723.

q) De fide sc. dogmatica h. l. sermonem esse εναργεῖα. Textus docet: hinc et Cor. a Lapide εναργεῖον fidei sequentem in modum explicat: factū sunt, inquit, apostatae, schismatice, haeretici: Comment. in Ep. Pauli omnes p. m. 704.

r) Duum viros in primis innuo, Berolinensem et Halensem theologos qui portentosis suis hypothesibus totum orbem litteratum commoneuerunt immo perturbarunt: adde his Theol. Franco D. Toelnerum item D. Bahrdtium olim Erfordensem, qui ultimus contendere non erubescit, gentiles per lumen naturae aequi salvare quam christianos per fidem Bibl. System. p. 330. seq. Conf. autores der Danziger Theol. Ber. T. III. p. 691. Bibliotheca Ernestina T. V. p. 361. Et diaria crudit. passim.

s) Δεῖ γαρ τὸν επισκοπὸν πεντελίκου εναργεῖα Θεού οποιον, μη αὐταδεῖ. Tit. I. 7. cf. B. Romani Telleri progr. de αυταδεῖ. theor. Lips. MDCCXLIV.

B

M.C.

§. II. Quae quum ita sint, et non pauci inter nostrates inueniantur qui sunt *αδοκιμοι περι την πιστην* II. Tim. III. 8. circa fidem adulterini sicut Grotius; vel reprobri quoad fidem, vii Seb. Schmid, vertunt; quid quaeſo magis adcommodatum poterit nostris esse temporibus verbo illo ad angelum iam dudum ſimyrenſem facto? Vtiam arri-gerent omnes ac ſinguli quorum intereſt, aures, neque negligerent di-ctatis ſubiectam επιφωνην, per quam illa eademque ſingulis ecclesiis omnibusque eorum episcopis inſinuator ſequentem in modum: ο εγχον ους αιχτατο τιτο πνευμα λεγει ταις εγκλησιαις v. II. Ecce! non ecclesiæ ſolum ſimyrenſi, non ſep' em faltem ecclesiis Asiaticis, ſed fine villa reſtricione ac limitatione ecclesiis, ſc. in genere ſumis earum que praefectis iniunctum hoc eſto! γινε πιστος.

§. 12. Alterum ſequitur quod hic ſob fide innuitur: eſt hoc ni-mirum conſtantia ac perſuerantia primum in adminiſtrando officio facio^t). Quisquis enim manum arato quidem admouet, remittit autem, is nequaquam eſt εὐθετος εις την βασιλειαν Θεως Luc. IX. 62. Angelo autem ſimyrenſi ſedula fides, et ſida ſedulitas in expundiſſis partibus exprefſis conceditur verbiſ ſιδας στα τα εργα v. 9. ^u). Ve-rum enim vero mox additū και την Θλυψιν και την πτωχειαν: Multis nimirum maximisque afflictionibus vexatus fuit praefectus ecclesiæ de quo iam loquimur: πτωχεια erat non minima quidem earum, cum ipſe et ecclesia eius inter perſecutiones quibus infenſabantur, αεταγνω των υπαρχοντων προσεδεξαντο, vti Apoſtolus de Hebraicis memoriae prodiit Hebr. X. 34. verum, quoniam etiam ſpolia illa μετα χαρας ſecundum illorum vestigia tolerabant, hinc inde diuites ipſa in pauper-tate depraedicantur; ſcio, dicitur: paupertatem tuam. (πλα8τος δε ει). Diues nimirum erat de quo fermo eſt angelus αυταρχεια, patientias conſtantia, perſuerantia ^x). Hac ipſae erant diuitiae quae ipſi in an-teceſſum

^t) Suicerus ex patribus docet πιστον eſſe illum qui ſincere obit munus ſuum T. II. p. 741.

^u) Ipsiſ Polycarpi inimici hoc il-lum encomio maſtarunt: ιπτος εις ο της Αγιας θιδακηλος, ο πατητη των Χριſtianων Eufeb. H. E. L. IV. p. 132.

^x) Cum ad ultima ſupplicia trahe-retur vocem perhibetur audiuiſſe in-quietem ιουχης πολυκρατης και αιδριζεις; que θερης και χαρας ενεργητατο και το περισσον αυτη χαριτος επληρωτο — ſic familiſ erat Stephano protomartyri de quo ſcriptum eſt tum erat πληγης πιστος tum ειδο το περισσον αυτη μετε περισσον αγγελος Act. VI. 8. et 15.

tecessum commendatae fuerant per vocem adclamantis: μηδεν φοβεται παλλας πατχειν: Ilud autem μηφοβεται nunc affirmatue explicatur per το γυνα πιστος h. e. igitur nihil aliud, quam fortis esto animo, spes atque fiducia medios inter fluctus, saeuosque turbines ancora sit tibi ασφαλης και βεβαια. Hebr. VI. 19. v).

§. 13. At enim vero multo procellostoress venti exsurgentibant, inulto magis maximeque furentes ac violenti erant impetus sufflendi: episcopus longe meritissimus, de fede quam summo cum honore ha-
ctenus obtinuerat deturbandus erat, in carcere trudendus, quaefitissi-
mis tormentis subiciendus, ad rogum condemnandus et morte violenti-
ta excrucianus: charybdi ille incidebat in scyllam, ex fluctibus ad
ignem rapiebatur, quanta δοκιμασια της πιστωσι τως Θανατω σ).

§. 14. En igitur nobis, Συγχριτωται, signum quod praeferunt; en classicum quod nobis canitur: γυνα πιστος! Quot quoefo inter nos versantur molles, quod reperiuntur fluctuantes? Vnus alterque impetus leuior plurimis est ως ξενα συμβανων I. Petr. IV. 12. quoisque au-
tem πιστη exultatura erit, quando patientia viictrix εως θανατου perstare
deberet. Quantas quoefo imbecillitates nobis detegit, quantamque e
contrario firmatatem nobis iniungit effatum Pauli vnum: πιστησιος
ιμπας εκ ειληφεν ει μη ανθρωπινος I. Cor. X. 13. et alterum: ουπω

B 2

μαζεις

y) Πιστης est της τυχης ηνω ιτα fides defer. apud Clem. Alex. Strom. L. IV. p. 531. et adprime ab ipso spiritu s. non aliter definitur: πιστη est υποστασις Hebr. XI. 1. Sicut enim υπενων et υπομενεν confidemus et fi-
dentein expsectationem liberationis ac opis diuinac in aduersis significat ita et υποστασις et υφιστασι, vid. Flac. Clav.

p. 324.

z) Non inquiero vterius, qualis et quanta fuerit θληψις μαρτων δεκα: an decem saltem dies, an totidem potius anni designentur; satis est longum omnino et definitum tempus deferibili; satis est et notatus dignum, quod hi-
storiae testentur, Smyrnacos singulari-

afflictione fuisse pressos, prae ceteris omnibus Asianis ecclesiis, sub Antonino, auctore ac antefignano quartae inter decem illas perfections crucetas, quae fuisse a Neroni ad Diocletianum usque, per annos 250. Illo ipso quod notauiimus tempore angelus ecclesiae Smyrn. quoque martyrum gloriose suffiuit. vid. Euseb. L. IV. H. E. C. XV. it. Niceph. L. III. H. E. C. XXXIV. et XXXV. satum igitur ac fortuna Smyrenensium respondebat nomini ipsorum: Σμυρνα i. e. myrrha frutex Arabiae est, cuius bonus odor fragrantium virtutum; amarus autem sapor amarissimarum afflictionum potest esse Symbolum.

M.C.

μεγεῖς αἱμάτος αντικατέστητε Hebr. XII. 4. Agite igitur, non episco-
pi solum Smyrnensis vestigia premanus; sed cum τοτετον εχόμεν περι-
κείμενον ημιν υεΦος μαρτυρω, faciatis quoque, eorundem faciatis ut
señatores euadamus. Prae ceteris antefiguratum quoque habemus no-
strum deuenerandum Lutherum: Quid est quod aduersari calumnias
eundem infelcentur, quod fuerit fluctuans, titubans, immo polypo
mutabilior; nonne ipse ad frugem rediens suas in doctrinae declinatio-
nes primarias publice est deprecatus vid. T. I. Ienens. p. 56. nonne se-
praeclitit virum, immo heroem animo fortissimum, multis post le re-
linquens parasangis Philippum Melanthoneum, utpote cui testis Seckend.
in Hist. Lutheranismi, saepiuscule vacillanti toties adclamauit nostrum
verbum! γινεται πιστος! tempora distingue et concordant scripta Lutheri.

§. 15. Quem ad modum autem, enunciante Theodoreto Serm. I.
p. 478. περιεγιατετο κεραμα η πιστη, vitilimares fides est; ita quoque
maximum cepit emolumentum et eminentissimum retulit praemium
episcopus smyrnensis, secundum promissum diuinum: και δωσω σου
τον επιφανειαν της ζωης.

§. 17. Coronae semper et ubique, praemia insignia, et orna-
menta fuere meritorum praecipua; testibus Plinio, Gellio, Alex. ab
Alex. Demster. Tertulliano de corona mil. Paschal. in prim. L. VI. C. I. etc.
Nobis vero, vt scribendorum faciamus compendium, duo saltus mo-
menta praeceteris iamnunc obseruanda et memoranda veniunt: alterum
est, quod episcopo; alterum quod eidem Smyrnensi; corona fuerit ad.
tributa, addicta, adscripta.

§. 17. Smyrnenes, de qua lectores in primis monere volumus
ac debemus; olim pro singulari prorsus signo dignitatis ac virtutis, vni-
funt coronis: Exstat huius confuetudinis testimonium maximopere a
nobis producentum, apud Philostratum, qui in vita sophistarum de
Heracleide Sophila, litante ab initio apud Smyrnenes iussis, sequen-
tia refert: την επιφανειαν παρειποντος αυτοις ηξεν αφησαν ειναι
τοις τιθεται Σμυρναιοι τα. ονοματα i. e. vti versio habet: magistra-
tum quoque praeturae apud eos geflit, a quo annis Smyrnai nomen
imponunt: Vocabulum επιφανειαν ita explicatur: intelligit επιφανειαν
των

των οπλων μινος, ταυτην γαρ την λειτουργιαν επεφανεθησαν), si-
cuit igitur apud Smyraenes iam olim consuetudinis erat, quod σεατη-
γε των οπλων μινος επεφανεθησαν; quid mirum, quod Smyrenensi
nostro episcopo corona diuinitus fuerit adiudicata; Ille enim ille, ut
supra iam ex historiis demonstratum iuimus, non fuit solum meritissi-
mus σεατηγε, verum ipse quoque, καλος σεατιωτης II. Tim. II. 2.
nemo, inquit apostolus σεφανεται, εαν μη νομιμος αθληση II. Tim.
II. 5.

§. 18. Corona est proprium ornatum regium et primum in-
ter regum insignia occupat locum: Nam quia rex totius veluti populi
caput est, ideo quoque huius praecellentis dignitatis lignum in capite;
coronam gerit: Nobis autem iam in conspicuum venit non rex, verum
episcopus εφανθεσ. Est nimurum ex antiquitate notum, sacerdo-
tes olim, tum apud exteras gentes tum apud Hebreos, gestasse coro-
nas: Celebratur in historiis sacris, summi apud Iudeos sacerdotis coro-
na aurea, distincte admodum a corona qua reliqui sacerdotes vtebantur:
Vocatur illa טהורה זהב וזהב bractea ex auro puro קמץ קמץ נס Exod. XXXIX.
¶. Quam magnifice illa depingitur apud Siracidem C. XLV. 14. Co-
ronam auream, super cedarum, effigiem sigilli sanctificationis, gloriatio-
nen honoris, opus roboris, desideria oculorum exornata pulera; ante
eam non facta sunt talia vsque in seculum^b). Quid est quod romanae
ecclesiae pontifex hanc summi sacerdotis coronam sibi vindicat, qualis
haereditariam? vti videre est ap. corn. a Lapide Comment in Exod. p.
m. 582. Praeterquam enim quod lubrico nitatur traditio fundamento,
coronam sacerdotis apud Iudeos summi, triplici ornamento fuisse di-
stinctam; illud in suspicionem nos inducit, quod non semper ac ab
initio gestauit coronam episcopus romanus triplicem; siquidem Urbani
V. seculo decimo quarto ad annum 1362 sedem tenens, primus
tiaram coronamenti triplicis gestare coepit, sicut Bonifacius VIII. du-
plicis; cum superiorum pontificum, Spondano teste, vnici fuisse, in-
star galeae circulo aureo concinnata^c).

B 3.

§. 19.

a) vid. Philofstr. Opp. ex recens. et
c. notis Gotfr. Olearii, Lips. 1709.
p. 613; tit. XXVI.

b) vid. Io. Braunius de vestitu sa-
cerdotum hebr. C. XXII. p. m. 642;
c) vid. Io. Micraelii Syntagma hi-
storiar. ecclie. omnium p. 547.

M.C.

§. 19. Corona interim episcopos dicit, siue ipsis signum dum adsignatum, dignitatis, eminentiae ac meritorum: Huc pertinet, quod Ioannes visione apocalyptic ob oculos habebat εινοτι και τευσας πρεσβυτερος, και εχον επι τας ιεφαλις αυτων τεφανες χηρος Αροc. IV. 4. Aurea vero corona ab omni tempore nunquam nisi viris eximiis fuit concessa; unde Apuleius L. IX. Metam. ennuntiat illud: Dignus Hercules solus coronam auream capite gestare; Quid quod! regum duxtaxat erat etiique adhuc auream gestare coronam: Talis erat olim nequaquam, craffa ac solida, verum ex auri lamina deducta et attenuata, quo ipso significaretur, non tam regem opus habere auro, quam rem publicam rege aureo. Regenda autem cum veniat episcopis presbyterisque christiana respublica, modo ac ratione quamvis spirituali, per επισκοπην, per praedicationem euangelii, per adhortationes, per exemplar sanctissimae vitae; quidni ipsis hinc inde competit corona et aurea et regia? utpote quorum officium est ιερα-
τευμα βασιλειον.

§. 20. Non autem solum episcopi καλως προστατες insigniuntur et distinguuntur corona dignitatis ac meritorum in his terris; sed multo magis eminet επισκοπης ιεφανοφορος inter coelites. Quanta eminentia, quae episcopo nostro smyrmensi adscribitur: και δωσω σοι των ιεφανον της ζωης. Non est nouum quid et inauditum, quod beatitudine aeterna sub symbolo representetur coronae^{d)}. At enim vero hoc ipsum

^{d)} Ita apostolus Paulus: Λοιπον, αποκειται μοι ο τη δικαιουνης τεφνος II. Tim. IV. 8. ita auctor Libri sapientiae Διαιτοι δε ληφονται το βασιλειον της ευπρεπειας και το διαδυνα τη καλλιγενειας παρα. Sap. V. 17.

Pari ratione Iudeorum doctores vita gloriam aeternae collaudant: Ialkut Rubbeni fol. II. 3. omnibus istis diebus non erit Satan neque plaga mala; sed iusti sedebunt et coronas in capitibus eorum vid. Schoettg. Hor. pag. 1108. Non fecus et Patres: ita Chrysostomus Homil. V. p. 792. επος ο μετρος των αγωνων, εκείνος του τεφνουντος κοπε, εκείνος μετεγενετος κα-

ματα, εκείνος ανταποδοσεως; nimurum amiseramus cum imagine diuina coronam, et ingemiscendum nobis erat: נאש ראי עטרת במל Thren. V. 16. corona non solini, sed illa immortalitatis deperdita fuerat in paradyso terrestri; hanc igitur immortalitatis splendidisimum coronam redditurus erit nouiterque condonabde deus noster nobis fidelibus in paradyso cœlesti conf. Magnifici Koerner, spectabilis episcopi nostri; cui vita et incomitatis perpetua adpreciam corona; Disserit Hist. theol. de imagine diuina §. in primis XLVII. p. 91. seq.

ipsum prorsus singulare aliquid est, quod non solum $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ sed ille
 $\tau\eta\zeta\omega\varsigma$ nostro pro praemio adsignetur episcopo: Vnicus adhuc o-
currit locus ubi promissum de $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ $\tau\eta\zeta\omega\varsigma$ iteratur nempe Iac.
I. 12. Emphasim autem praecipuam huic dictioni subefse quisnam ne-
gauerit? Concedo et non diffiteor aeternam et semper permanfuram
gloriam ac dignitatem hac locutione depraedicari et sic $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ $\tau\eta\zeta\omega\varsigma$
apud Paullum dicitur $\alpha\varphi\theta\alpha\gamma\tau\sigma$. I Cor. IX. 25. et apud Petrum
 $\alpha\mu\alpha\gamma\alpha\tau\tau\sigma$. I. Petr. V. 4. eleganter descripsit hanc vitae coronam Minucius
Felix in Octauio p. m. 348. sequentem in modum: nec adneclimus arescen-
tem coronam, sed a Deo aeternis floribus viuidam sustinemus. Verum adhuc
aliquid amplius per $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ $\tau\eta\zeta\omega\varsigma$ significatur: quam quaeſo emphati-
ce ferro procelit? $\tau\eta\pi\tau\alpha\chi\epsilon\alpha$ opponitur $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$; θαυμάζω; non
solum $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$, sed illam $\zeta\omega\varsigma$; non solum $\zeta\omega\varsigma$, sed $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ $\zeta\omega\varsigma$
reportare debet episcopus Smyrnensem. Quid vero? nonne igitur alti-
or, insignis et singularis gloriae gradus nostro adſcendendus affigatur?
sacrae quippe paginae distinctionem omnino inter beatos easiles
admittant et conſtituant: αλλη δοξα ηλις, και αλλη δοξα σεληνη,
και αλλη δοξα ατερων; ουτω και η αναστασις των νεκρων I. Cor. XV.
41. Quisnam igitur cogitando poterit adsequi culmen illud gloriae
eminenterimum, ad quod penetruit angelus Smyrnensis? Certamen
durum et luctuosum ipſi constitutum fuit, in quo cum praefiterit se vi-
rum et pae ceteris athletis streue pugnauerit, praemium quoque et
certanimi et labore et fidei conforme, ipſi adjudicatur: sicuti fortitudi-
ne et virtute ita et praemio reliquos athletas post se reliquit e). Non
enim silentio praeterendum sed omnino obſeruandum ducimus, quod,
cum Asianis ecclesiis earundemque episcopis plura et numero duode-
cim diſtincta βεατεια proponantur; nulli tamen reliquarum omnium;
quam ſoli ecclieſiae Smyrnensi eiusdemque episcopo, praemium destinatur
singulare ac pretiosimum illud $\tau\epsilon\varphi\alpha\nu\sigma$ videlicet $\tau\eta\zeta\omega\varsigma$. Ecce quam
iufius βεατειης et αγωνοτητης est Iehouah summus; ad eius nutum ac
dictum

e) Ita Ambroſius: Ipfius coronaē
maior est fructus vbi maior est labor
L. IV. in C. IV. Lucae p. 33. et ſicut
incrementa virtutum ita etiam incre-
menta ſunt praemiorum; Idem: ſuf-
fragatur B. Megalander T. VI. Ien. f.

225. Es wird ein jeglicher nach ſel-
nem Amte Unterschied und Ehre ha-
ben, und doch gleichwohl in allen ein
Gott, ein Herr und einerley Freude
und Seligkeit feyn.

M. E.

XVI

Si cillum ille qui coronam tulit martyrii, gestare nunc debet coronam vitae; omnibus in aeternum coelitus admirandus, ut επισκοπος τε θανατοφόρος.

§. 21. Quae quum ita sint, laboremus sedulo atque indefinenter, quoniam scimus atque compertum habemus τοιον κοπον πημαν επει κενος εν Κυρῳ I. Cor. XV. 58. αγωνιζεται καλον αγωνα της πιστος II. Tim. VI. 12. ad tropaeum, huius vti Eusebius^{f)} eleganter de pingit σημειον υποποιον, triumphale signum semper intentos cum Constantino M. oculos habens, crucem puto ferulatoris O. M. cui titulus competit: εντετω νικα!^{g)} Quid plura? γινε πινος εας θανατος και δοθησεται τοιον ο μεθανος της ζωης.

Hæc vero oratio ad te nunc tendit VIR SVMME VENERABILIS, AVVNCVLE DEVENERANDE! tu nimurum rectissime celebras memoriam nunc diei quo ante quinquaginta annos τοιον εγον της επισκοπης suscepisti: Non heri et hodie consuetudo inualuit, sed iam antiquitus in more possum fuit, vt diem χειροτονιας sive χειροθετιας i.e. ordinatis et inaugurationis verbi diuini ministri sacram ac felium habuerint immo pro natali suo et quotannis quidem celebrare non dubitauerint; in primis apud romanos episcopos morem hunc inualuisse constat^{h)}. Quanto magis ergo Tu, vir amplissime, post exactos quinquaginta annos, muneri facri natalitia concelebranda tibi sumis. O! quam vellem de cumulo atque thesauro diuinorum beneficiorum largissima tibi manu per totidem lustra collatorum, me posse loqui ae teletari aptissime; verum cum illis ego enarrandis neutiquam par sum, satis est, vt duobus saltē verbis omnia comprehendam רוח ייוחנְדֵה τοιον deus tibi fecitⁱ⁾. Nonne vero tumet ipse, inter beneficia diuina tam innumerabilia praecipue aestimabis, testimonium dei et tuae ipsius

con-

f) Orat. de laudibus Constantini^p.
628.

g) Fidem ecclesi vifo attribuendum B. Weickmannus de nouo numerat per defendit; cum inaugurationem templi academ. Vitemb. annuntiaret scriptio de Consecr. templi Hieros. Con-

stantiniana quae religiosae dedicat. Inflar. Vitemb. Non. Aug. MDCCCLXX.
p. 31.

h) conf. Liber diurnus a Garnero luce donatus notisque et dissertat. il lustr. Paris. 1680.

i) Job. X. 12.

conscientiae de fide in numero sacro hastenus et in hunc usque diem
praefixa? Noli queso orationem panegyricam virtutum tuarum a me
exspectare longiorem: Omnia ora, in primis eorum qui tuae επισκοπης
concedit sunt laudes tuas ac merita enunciatae atque depraedicantur
perhibent scilicet, te semper suisse τυπον εν λογω, εν αναγεσον, εν
αγαπη, εν πνευματι praecepit autem εν πισει experti sunt te per tot
annorum spatium, episcopum comem, blandum, facilem, επικη,
αμαχον, qui nec dominando nec altercando, sed humanitate, mode-
stia, et confilio omnia expedire nouit. Gratulor hinc inde tibi ego
quo que prae ceteris de eo, quod laudem της πισεως reportasti et patu-
las aures praebuisti adhortationi illi: γινε πισος! Quot labores et quan-
tos, per L annos exantasti, quot certamina decertasti, quot afflictio-
nes superasti, quot molestias depositasti? In primis tibi, εδοθι σπλαν-
τη σαρκι i. e. cum morbis, corporisque ασθενειαι quam plurimis et
continuo fuisse conflictatus II. Cor. XII. 7. k). Verum gratia diuina ad
hoc usque momentum tibi sufficiens fuit ut in ασθενειαι tua δυναμις
altissimi perfectissime fuerit manifestata: corpore quidem ασθενης, men-
te vero semper alacer, fuisse fortis et υγιαιων τη πισει; nec unquam κα-
λαμος υπε τη ανεμα σαλευομενος, multo magis semper et ubique,
columna immota et petra inconclusa. Sit benedictus dominus, qui
te ab initio muneric sacri σπλαινει επλογη constituit, non ille te saltem
presbyterum elegit, scilicet post paucorum annorum interallum tibi
adclamauit: Φιλε, προσαναβηθι, ανωτερον, et per XXXIV. ni fallor,
annos episcopi h. e. Superintendentis¹⁾), quod est exemplum sine pari,
spartam ornare tibi concessit; hinc tibi datum est, vt non in simillam
fiscuti ille, sed bonam partem Davidis tibi in eum proprium facere
possis: קדשו נריה פלנמא Pf. LXXI. 7. Vnum, ut fulpicari mihi li-
ceat, desideras in tua festinatate; verum nimisrum est illud effatum;

Usque adeo nulla est sincera voluptas;
Sollicitumque aliquid laeti interuenit^{m)}.

thori

k) Ita v. expl. in libello academ. de cruciatu Pauli a D. Chr. Fr. Schmid theologo Vitae. hoc ipso anno haud ita pridem ed.

l) Επισκοπης Hieronymo interprete, in ep. ad Euangel. Tom. IV.

Opp. P. II. f. 802. Superintendentes sunt: Confedit Augustinus L. XIX. de civ. Dei C. XIX. cf. Walch. Istrod. in LL. Symb. ad Art. A. C. XXVIII. p. 387.

m) Quid. Metam. VII. v. 454.

M.C.

XVIII

thori tu sociam praematura morte tibi ad senium iamiam accedenti,
ante aliquot annos erexit desideras; desideras item forores et propin-
qua tibi cognatione coniunctos fere omnes, qui ad plures abierunt, te
tolo ac unico fatis tuis relicto. Verum bono esto animo: instat quippe
momentum tibi exoptatissimum, quo in consortium tuorum redi-
bis et jubilaeum aeternum cum ipsis celebrabis. Quid magis ego nunc
in votis habeo, quam id quod ipse tu quotidie a supremo exoras nu-
minem: Tamdiu conseruet te sospitator noster in sua gratia; tamdiu pro-
vida sua cura senectutem tuam tuaque omnia suffulcat; usque dum ti-
bi vitae saturo, annisque ac meritis adeo graui, ut mortalitas non plus
ultra vterius non admittat, testimonio illo frui liceat: ευ, δελε αγαθος
την πιστην τετηγμα: Sic euade, scilicet beatis admotus, επισκοπος
σε Φανοφορος! Fiat per Christum! Amen!



Ka 3624 Ok

X 2373845

ULB Halle
006 762 45X

3



VD 78

M.C.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ΠΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΦΟΡΟΣ

IN EXEMPLIO

V I R I

ERABILIS, AMPLISSIMI QE

D O M I N I

GOTTFRIED
REHME,

ET SUPERINTEND. LEVCOPETR.

CVM ILLE

O L L E M N I A

MINISTERIALIS

OCTOBR. CICICCLXXVII.

CELEBRARET

SIFICANDI CAVSSA SISTITVR

A

E CHRISTIANO LEO,

OENFELD. PROPE LIPSIAM.

LIPSIAE

CINA IACOBÆERIA.

Za 3628⁵